

nauem teneatur restaurare totum illud in duplum quod susceperit pro marinaricia; et insuper tantum quantum iudex uel iudices super hoc ordinati statuent et diffinient.

St. Zen, LXXX.

[40]. *De pacamento marinariis a patronibus faciundo.*

Ordinamus quod si patroni marinariis ad statutum terminum paccamentum non fecerint, ex tunc in antea patroni teneantur restaurare ipsum paccamentum in duplum marinariis.

St. Zen, LXXXI.

c. 32 t. [41]. *De naue que fuerit nau || liꝛata ad eundum ad partes Romanie uel alibi.*

Sancimus quod nauis que fuerit naulizata ad eundum ad partes Romanie, aut de ultra mare, uel ad alias partes huius mundi, que ex pacto tenetur ibidem ybernari cum marinariis, et huc debeat reuerti, et aliquid debeat iungi naui et marinariis pro ybernare, et aduenit quod ipsa nauis in alia parte de communi uoluntate eundo in uiatico debeat ybernare; statuimus quod in illo loco in quo taliter ipsa nauis ybernauerit, totum illud iungatur patrono et marinariis quod ex pacto fuerit stabilitum iungi eis in illo loco in quo prius ordinauerint ybernari. Nichilominus statuentes quod patroni et marinarii per omnia teneantur obseruare naulizatibus quod primo erat statutum.

St. Zen, LXXXII (1).

[42]. *De uaue in aliquo loco eunte in quo debeat esse scapula.*

Statuimus quod nauis que naulizabitur amodo, solummodo de hic ad partes Romanie uel ultra mare, aut ad alias partes huius mundi, ita quod in illo loco debeat